UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De morte aaron. ca. xxvj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

De morte marie et aquis cõtradictionis.
Capitulum. XXIIII.

m Ortua eſt autẽ maria in cades dũ. xl. vt dicit ioſephus cõpleſſet annũ: ex q̃ egyptum dereliq̃t. in initio mẽſis xantici: qui et niſan ſcḋm lunã Et ſepelierũt eam in monte q̃ vocat̃ ſin. Tranſactiſq; xxx. dieb⁹ flet⁹ moyſes populũ purgauit hoc modo. Vitulã trimam totã rubeã extra caſtra cõbuſſit. Et ꝓſequitur hic ioſephus ordinẽ cinerũ luſtrationis: quẽ dñs decima die menſis ſeptimi fieri p̄cepit. ⁊ videtur velle nunc primo conbuſtionẽ hmõi a moyſe factam. Vnde etiã ſubdit. Hoc etiã venturos ſeruare p̄cepit: et potuit eſſe ꝙ impediti huc uſq; diſtulerũt. qꝛ nec paſca interim celebraſſe legunt̃. Cum autem intrauerũt terrã ꝓmiſſam ſcḋm p̄cepta domini: legitima ſua proſecuti ſunt. Etiã hic dicit Joſephus. anteq̃ rediſſent in cades eos veniſſe ad terminos idumee et miſiſſe nuncios ad edom ꝓ libertate tranſitus ꝑ terrã ſuã Quod cũ ꝓhibuiſſet moyſes inde receſſit ꝑ deſertũ iter faciẽs. Hiſtoria numeri dic̃ poſt mortẽ marie miſiſſe iſrl̃ ad edom. Nec ẽ liquidũ vtrũ ioſeph⁹ ꝑ anticipationẽ. an liber numeri ꝑ recapitulatõẽ h̃ dixerit.

Iſte edom frater iacob fuit.

Nos vero ſequẽtes ordinẽ hiſtorie dicim⁹ ꝙ mortua maria indiguit ppl̃s aq̃. factaq; ſeditiõe ꝯtra moyſen ⁊ aaron i ppl̃o: orauerũt ambo ad dñm. Quib⁹ dñs ait. Tolle virgã ⁊ ꝯgrega pplm̃ ad petrã. et ꝑcuſſa dabit vob̃ aquã. Vtrum virga q̃ fronduerat: an alia vſus eſt moyſes hic eſt dubiũ. Et tñ qꝛ in numeris legit̃: virga q̃ erat in ꝯſpectu dñi videt̃ fuiſſe virga q̃ erat in arca Et cõgregata multitudine ante petrã: dixit moyſes Audite rebelles et increduli. nunquid de petra hac poterim⁹ aquã vobis eijcere. Hic aũt: cũ in alijs egiſſent moyſes ⁊ aaron fiducialiter. turbati populo murmurante diffidẽter egerũt: qḋ domino manifeſtãte cognitũ ẽ. Nõ em̃ ex operoꝝ aliq̃ vel verbo h̃ ꝑpendi potuiſſet: niſi forte qꝛ moyſes q̄ſi dubitãs dixit. Nũq̃d poterim⁹ ⁊c̃. qꝛ inde ſenſus affirmationis poterat elici: q̄ſi poterim⁹. vl̃ negatõis q̄ſi nõ poterim⁹. Cũ ergo ꝑcuſſiſſet p̄us ṽga ſilicẽ: qꝛ deſperauerat: nõ manauerunt aque. Scḋo vero ictu egreſſe ſũt ita largiſſime vt biberet ppl̃s ⁊ iumẽta. Et dixit dñs moyſi ⁊ aaron. Quia nõ credidiſtis mihi: nõ ĩtroducetꝭ populos hos ĩ terrã eoꝝ. Hec ẽ aq̃ ꝯtradictionis: qꝛ etiã electi deſperauerũt de ꝓmiſſis ⁊ potẽtia dei q̄ſi ꝯtradicẽtes ꝓmitteti.

De circũitu idumee.
Capitulum. XXV.

m Iſit moyſes nũcios de cades ad regẽ edom dicẽtes. Frater tuus iacob mandauit tibi hec. obſecro vt liceat nob̃ trãſire ꝑ terrã tuã. Nõ ibimus ꝑ loca culta: via publica gradiemur. nõ declinabim⁹ neq; ad dextrã nec ad ſiniſtrã Si biberimus aquas tuas: qḋ iuſtum erit dabim⁹ Et rñdit. Non trãſibitis ꝑ me. Timens tñ ne trãſirẽt: egreſſus eſt obuiam in manu forti. Quãobrem diuertit ab eo iſrael: marie qꝛ de⁹ p̄cepat ei. Nõ pugnabis aduerſus fratrẽ tuũ. Circũiuitq; idumeam: egrediẽſq; de cades: et incedens per deſertũ arabie. ꝑtrãſienſq; archim metropolim arabum: q̃ nũc petra dicit̃ venit ad montẽ hoꝛ qui eſt in finib⁹ terre edom.

De morte aaron.
Capitulum. XXVI.

ſ Ic locutus eſt dñs ad moyſen Pergat inq̃t aaron ad pplm̃ ſuũ. Non intrabit terrã ꝓmiſſiõis eo ꝙ incredul⁹ fuit ori meo Tolle aaron ⁊ filiũ ei⁹ cũ eo: ⁊ duces eos coram omni ppl̃o ſuꝑ montẽ hoꝛ. Cũ nudaueris patrẽ ſtola pontificali: indues ea eleazar cui pontificat⁹ acceſſit ꝑ etatẽ p̄mogenito ꝑ ignem abſumpto. Et fecit moyſes qḋ p̄ceperat ei dñs. et mortuus eſt aaron in mõte hoꝛ In deuteronomio ḋr muſcera loc⁹ ſepulture aaron. q̃ vſq; hodie mõſtrat̃ in mõtis vertice. Popul⁹ ṽo fleuit eũ. xxx. dieb⁹. Mortuus eſt aũt. xl. ãno egreſſiõis. cũ eſſet. cxxiij. annorũ. eodẽ anno q̃ ⁊ maria mẽſe. v. q̃ ⁊ apud hebreos ḋr ſedebach. apḋ rhomanos auguſtus. p̄ma die mẽſis ſcḋm lunã.

De victoria poſt votũ anathematis
Capitulum. XXVII.

c Umq; audiſſet chanane⁹ q̃ habitabat ad meridiẽ veniſſe illuc iſrl̃: pugnauit cũ eo ⁊ obti